

DE ELECTIONIBVS

Mansiones Lunæ.

**V**niuersorum ferè Astrologorum cœtus Mansiones Lunæ. 28. per signa. 12. distribuere, cum pro mutatione aeris, tum pro inchoatione operum opportunas, ac scitu dignas, ob stellarum fixarum influentias locis ipsis signiferi uarios rerum effectus inducentes. Quæ licet alias in octaua sphaera à capite Arietis inchoentur, iuxta tamen superioris orbis situm (sub quo stellarum motus computari solent) ex quo ad motum augium, & stellarum fixarum uariabiles existunt, easdem nunc à 20. Arietis gradu immobiliu signorum, ac plus parum auspicari decernimus, quæ paulo ante per annos aliquot à gradu. 19. m. 56. per Gauricum uatem, ac prius per Ioannem Monteregeiensem, siue etiam Ioannem Stœflerinum à gradu eodem. 19. atq; mi. 26. rite computabantur. Mansio autem quælibet prædictarum gradus. 12. minuta. 51. & parum plus continet. Vniuersalia uero singula hæc significata iuxta Lunæ fortitudinem, uel aliorum etiam significatorum plus & minus perspecta influendi potestate modifica.

mansiones

|    |              |                    |   |
|----|--------------|--------------------|---|
| 1  | G. m. V 20 6 | Temperata          | Arripe iter, sume medicinam, præcipue laxatiuam.  |
| 2  | ♄ 2 57       | Sicca              | Fac iter per aquam, fere, planta, à purgationibus caue.                                     |
| 3  | ♄ 15 49      | Humida             | Mercare, eme bestias, nauigare autem & societatem facere, malum.                            |
| 4  | ♄ 28 40      | Hum. frig. t. pate | Planta, femina, coniugium fuge, nauem ne ascendas.  |
| 5  | ♄ 11 32      | Sicca              | perficie iter, fac coniugium, medicare, mercare pueros præceptoribus trade.                 |
| 6  | ♄ 24 23      | Temperata          | Ad bellum, & duces accedito, nihil autem boni penitus inchoato.                             |
| 7  | ♄ 7 15       | Humida             | Semina, ara, iter non arripe, ni forte in mari, aut flumine.                                |
| 8  | ♄ 20 6       | Nubilo fatē pate   | Sume medicinam, fac iter per aquam, & terram etiam secundum aliquos.                        |
| 9  | ♄ 2 57       | Sicca              | Nauigationem iuxta aliquos inire bonum est. In reliquis mala.                               |
| 10 | ♄ 15 49      | Humida             | pro coniugio, alias pro plantationibus, ac foundationibus idonea uisa est, itineribus mala. |
| 11 | ♄ 82 40      | Tpa. magist. fri   | Semina, planta, proficiscere, medicinas laxatiuas fugito.                                   |
| 12 | ♄ 11 31      | Humida             | Aedifica, fere, planta, nauigare autem & alia plurima indifferenter euitabis.               |

Lunæ

C 3